

ORATIO  
SUBDITORUM  
ERGA MAGISTRATUS  
OFFICIO,

ATHENIS LEUCOREIS,  
SOLENNI RITU,  
IN ACROATERIO MAJORE,

EX MEMORIA HABITA

A  
JOHANNE AUGUSTO *W*erdermannen/  
MISNENSI,  
ANNO  
RECUPERATÆ GRATIÆ  
cIc. Ic. LXVIII.  
V. IDUUM FEBRUAR.



Charactere FINCELIANO excudebat MICHAEL MEYER

# INTRODUCTION

# MUROTTAGNAU

# THEATRUM PEGASANA ADRIANI

# OHIO


зяблам озеленюючи

ATIEAH AROMA XA

A COMMUNIST STATE IN A CAPITALIST WORLD

An oval-shaped library stamp with a decorative border containing the text "БИБЛИОТЕКА САНКТ-ПЕТЕРБУРГСКОГО УНИВЕРСИТЕТА".





HASC LABORUM AGEDERICORVM PRIMI  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO,  
DOMINO  
JOHANNI GEORGIO,  
SECUNDO,  
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLI-  
VIÆ, MONTIUM:  
SAC. ROM. IMP. PRÆFECTO PRÆTORIO ET ELECTORI,  
LANDGRAVIO THURINGIÆ,  
MARCHIONI MISNIÆ,  
ET UTRIUSQUE LUSATIAE,  
BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI,  
COMITI MARCHÆ ET RAVENSBERGAE,  
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ETC.  
PRINCIPI AC DOMINO SUO  
CLEMENTISSIMO,

RECTOR

)a(

HASCE

HASCE LABORUM ACADEMICORUM PRIMITIAS,  
BONUM NEMPE AC OBSEQVIOSUM  
SUBDITUM,

PENICILLO ADMODUM RUDI DEPICTUM,

AB AUGUSTISSIMO  
SERENITATIS EJUSDEM  
NOMINE

SIBI LUCEM,

QVA OMNI EX SE CARET,

FOENERATURUM,

PIETATEM SUAM SUBJECTISSIMAM

DEVOTISSIMO ANIMI AFFECTU

DECLARATUS,

EA SPE FRETUS, FORE,

UT SERENO VULTU,

AD CLEMENTIÆ IPSIUS PEDES

HUMILLIME DEPOSITUM

ALTISSIMO FAVORE GRATIOSISSIME ADSPICIAT,

AUCTOREMQUE EJUS,

OPPIDO INDIGNUM LICET,

ELECTORALIS GRATIÆ RADII ILLIS,

QVOS AD INVIDIAM USQUE ABUNDE SATIS


IN PARENTEM DERIVAVIT HACTENUS,

COLLUSTRARE NON DEDIGNETUR!

DAT, DICAT, CONSECRAT

JOHANNES AUGUSTUS Verdermann.

RECTOR



RECTOR  
ACADEMIÆ VVITTEBERGENSIS,  
**CONRADUS VICTOR SCHNEIDER,**  
BETTERFELDA SAXO, PHILOSOPH. ET  
MED. DOCT. PROF. PUBL. ET FACULT. ME-  
DICAË SENIOR, &c.  
*CIVIBUS ACADEMICIS S.P.D.*

**N**ihil adulatio[n]is sententia eo-  
rum habet, qvi in Principe ac supremo  
Magistratu potentiam dignitatemq[ue] di-  
vinæ supp[ar]arem in civilibus agnoscunt. Ut  
enim invisible Numen humanis usur-  
pandos oculis vicarios, ad universi hu-  
jus, qvod possident mortales, moderamen dedit; sic, ne au-  
toritas deesset muneri supremo, imagine divinitatis ac ter-  
restrium Deorum nomine nobilitavit idem. Verum adeò  
assertum hoc, ut, cùm in crassissima sacrarum rerum igno-  
ratione gentiles versarentur, vel manibus palparent tamen  
Numinis in Principe præsentiam. *Principem dat DEUS,*  
*qui erga omne horum genus vice suâ fungatur*, ingenua  
Secundi de Trajano vox extat. Nec qvicqvam servile M.  
Terentii, Romani Eqvitis, oratio de Tiberianâ potestate fa-  
pit: *Tibi summum rerum judicium dedere Dii: nobis o[ste]r[re]i quii*  
*gloriarelict[us] est.* Efferæ etiam, ac, qvas inter barbaras po-  
nimus, nationes Scytharum, Tatarorum scilicet, Turca-  
rum & Parthorum, divinæ Majestatis characterem Impera-  
toribus Dominisq[ue] suis impressum, à priscis inde seculis  
hucusq[ue] venerantur. Apud eos, qvi cum civitate mo-  
rum purâq[ue] fide, oracula cœlestis veritatis ad articulos  
pernōrunt, ut profundior arcani hujus æstimatio est, ita  
certior illustriorq[ue] sensus ejus etiam videtur. **VOS DII**  
**ESTIS, & FILII ALTISSIMI!** ô incomparabile testi-  
monium! ô testem exceptione omni majorem! Mirum e-  
qvidem haberri poterat, cur pro larvato Principe, sophi-  
A sma-

ſmatum ciwilium architecto, nihilq;ve non ex tyrannide oc-  
cultâ speciosâq;ve moliente, (q;ualis fuerat *Tiberius Cæsar*,) curârit adeò divina providentia, ut & sibi mox adjungeret  
vaſſerimum Monarcham, & tributa in honorem & necessi-  
tates ejus posceret ab affveto libertatis populo? Sed tamen,  
*DEO, qvæ DEI ſunt, reddite!* & *CÆSARI, qvæ CÆSARI*  
*DEBENTUR!* gravissimè Servator ipſe monuit. Habet  
hoc cœleſtium origo rerum ſcilicet prærogativæ, ut (elo-  
gio *Alphonsi Regis*) *ſub Dei curâ Et tutelâ ſacræ letæq; agant:*  
adeò, ut divinos monitus præſagiaq;ve de periculis futuris  
& inſidiarum admirabiles experiantur revelationes. De  
fraudibus occultis Cæſari *Friderico* ſtructis *Guntherus*, Li-  
gurinus canit:

*Non tamen occulti potuerunt fallere Regem  
Inſtrumenta doli; cœleſtia pectora ſanè  
Nil transire potest.* — — —

Qvæ cūm ita ſint, ecur non animis, geſtibus, verbiſ de-  
niq;ve & factis, immò ſangvine ac vitâ Principibus diviniſ  
pietatem cum obſeqviis approbaremus humiles? Et eſſent  
plurima id genus proferenda alioquin hîc, niſi eo Nos labo-  
re jam levasset *ſtlorentiſſimus Et ad præclaræ qvæq; ſpatia con-*  
*ficienda natus juvenis* **JOHANNES AUGUSTUS**  
**WERDERMANNVS**, Misnensis, dignus tanto Patre  
filius, dum **DE OFFICIO ERGA SVPREMOS**  
**MAGISTRATVS SVBDITORVM**, ex memoriâ,  
pro roſtriſ, ſolenni ritu dicere in animum induxit. De qvo  
qvidem argumento ita ille perorabit poſteā, finitiſ ex more  
ſacriſ pomeridianiſ, in Acroaterio majore, ut pietatiſ ſimul  
& ingenii & politiſimi laboriſ gloriā promeritus videri  
jure poſſit. Veftrum eſt, **CIVES ACADEMICI**, prolixa,  
benevolaq;ve acroaſi ornare aetum hunc. Nec enim à recto  
deerrare unq;vam poſteſtiſ, ſi probiſſimōſ concives favoriſ  
& plauſuſ incitamento ipsiſ exempla virtutum inde petituri,  
ad majora provocetiſ. Hoc verò de Vobis & ſperamuſ  
& pollicemur juxta. P.P. Dominicā **INVOCAVIT**,  
Anno recuperatæ gratiæ clo loc LXVIII.

IN



IN NOMINE JESU!

ORATIO  
*De*  
SUBDITORUM  
ERGA MAGISTRATUS  
OFFICIO.

**S**i qvisquam  
fuit unquam,

RECTOR MAGNIFICE,

VIRI REVERENDI SUMME, NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI, EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI, PATRES ACADEMIÆ CONSCRIPTI, DOMINI, PATRONI, PRÆCEPTORES, AC PROMOTORES OMNI OBSEQVIORUM CULTU ÆTATEM DEVENERANDI; VOSQVE CÆTERI OMNIUM ORDINUM ET DIGNITATUM AUDITORES HONORATISSIMI,  
LECTISSIMI,

**S**i quisquam, inquam,  
fuit unquam, qui verba facturus Rostra  
hæc conscendit timidus, ego certè, fal-  
lor, an qvisquam alias? ego ille sum.  
Nam, quæ singula ad dicendum huc ac-

A ij ceden-

cedentibus timorem incutere consueverunt alias, ea profectò hodierno mihi die objiciunt se universa. Sive enim loci observantia & amplitudo afferre quid perturbationis potest, WITTEBERGÆ dico: sive ipsorum Audientium dignitas, in magnâ sapientissimorum Patrum aliorumq; lectissimorum Virorum frequentiâ dico: sive ipsius deniq; Orationis indoles, de SUBDITORUM ERGA MAGISTRATUS OFFICIO dico. Ex hoc loco dicere, si quisquam est, qui parum putet, eum necesse est, in maximarum, earundemq; toto Orbe notissimarum rerum ignoratione versari totum. Ecquis enim hodie tam inaccessus, tam ab omni hominum consortio in terris angulus est, quo præstantissimæ hujus Universitatis non pervaserit fama? Qvis populus, quæ gens, quæ hominum natio vel tam immanis atq; barbara, vel tam exulta disciplinis & artibus, quam non jam pridem gloriâ non modo & nominis sui splendore, verum & admirazione compleverit florentissima hæc, (floreat!

reat! floreat!) Wittebergensium Academia? Dicere in amplissimo tote eruditissimorum hominum coetu, qvò nihil, nisi perfectum ingenio, elaboratum industriā, afferri oportet, qvotusqvisq; qveſo, est, qvi non metuat? Splendidissima Ecclesiæ lumina, illustria Reipublicæ columnæ, gravissima literariæ rei præsidia, & exoptatissima Patriæ demum ornamenta intuentem non commoveri, tantum id qvidem est, ut non dicam in meam hanc ingenii mediocritatem, sed in hominem, qvi cæterorum extimescat de se judicia, cadere vix qvempiam posse videatur. Etenim, si Demosthenes, Græcorum eloquentissimus olim, apud Philippum, Regem, Amyntæ filium, verba facturus, in ipso statim orationis limine obstupefactus, majestate, ut credibile est, tanti viri perterritus, obmutuit; qvid ei tandem animi esse putabis, Auditores? qvi cum illo nequaquam conferendus, apud eos tamen dicit, ad qvos cum oculorum convertit aciem, totidem sibi confessum principum eruditione Virorum  
fronte.

A iij

intue-

intueri videtur.. De SUBDITORUM  
veró ERGA MAGISTRATUS OF-  
FICIO dicere, negotium oppidò ma-  
gnum & prolixissimum haberí potest.  
Nam intām ubere accopiosâ materiâ ne-  
cessè omnino est, unicuiq; Audientium  
in mentem venire qvā plurima, qvæ &  
commodè dici queant, & à qvonam dici  
debeant: num à teneræ adhuc ætatis &  
doctrinæ studio, an ab alio peritiori  
qvolibet, vel Theologo, vel Politico? Ne-  
que fieri potest, ut, qvicq; cogitant sin-  
guli, dicat unus. Quid? qvod & ita affe-  
ctisæpiculè sint hominum animi, ut, cùm  
qvis, qvod ipse dixisset, id àb eo, qvidi-  
cit, videt omissum, non hoc qvoque po-  
tuisse, sed hoc potissimum debuisse dici  
contendant. Dum ergò pro suo qvisq;  
captu, qvid dicturus ipsem fuit, cogi-  
tat, & alia propè fastidiens omnia, dum  
dicatur id unum, avidè expectat; qvic-  
qvid dixeris, semper omississe præcipua vi-  
deberis; & omnia dixisse communia ac  
contrita, qvōd ea non dixeris; qvæ si di-  
xisses, ipsa qvoq; viderentur aliis obsoleta

iii A

non

non minùs ac vulgaria. Ut melior adeò  
hâc in parte illorum sit conditio, qvì in  
aridis ac sterilibus versantur argumentis,  
qvorum, sive abundàrunt, laudatur in-  
genium; sive defecerunt, materiæ accu-  
satur jejunitas; cùm contrà, ubi amplif.  
simia dicendi seges est, qvicqvid allatum  
fuerit, materiæ adscribatur ubertati, qvic-  
qid omissum verò, Tibi. Sed, cùm be-  
nevolentiam Vestram, Auditores Ho-  
noratisimi, hoc ipso in confessu tot tám-  
qve præclaris argumentis exhibueritis  
ante me aliis, candidissimum mihi vi-  
deor polliceri augurium, certòq; confi-  
dere futurum, ut in præsenti qvoq; ve di-  
centis conatum prosequamini benevolè.  
Nolite enim existimare, me præcipiendi  
aut docendi, ( qvod neq; ve in ætatem  
meam, neq; ve captum ingenii & doctri-  
næ modum cadit ) has suscepisse partes;  
sed qvicqvid hujus conor, id ad exer-  
cendi præparandiq; ingenii tantùm ra-  
tionem spectari cupio. Qvare Vos,  
**RECTOR MAGNIFICE**, cæte-  
riq; Auditores, eâ, qvâ decet, animi sub-  
missi.

missione & observantiâ peto, ut ex veteri Oratorum formulâ linguis & animis di-  
cturo faveatis, Vestroq; adeò favore &  
studio, cessantem animum excitare, cun-  
stantem impellere, hæsitantem confir-  
mare, & totum trepidantem erigere non  
tantùm, sed dicta benignè qvoq; & co-  
miter interpretari haud dedignemini;  
non ignari, qvôd ab homine adolescentे  
inchoati saltim, & non eruditи studii sibi  
conscio, afferri exactissima qvæq; non  
possint. Vel hoc etiam ad laudem mihi  
fuerit satis, si de re gravi atq; difficili non  
ineptè nimis aut absurdè dixero. Ne  
verò & justas fortè hīc transiliam metas,  
brevitatem ipsimēt mihi imperabo, cir-  
cumdaturus cancellos, intra qvos mea se,  
nolit, velit, coarctet oratio.

**Q**ui in bivium aliquod incurruunt, subsi-  
stunt, animiq; (ut cum Plautolo loqvar)  
incertantur, qvâ potissimum eundum  
viâ, tandem, ubi diu multumq; dubitâ-  
runt, qvôd Hermes non adsit, qvi, qvo  
compendio irent, monstraret, regiâ per-  
gunt,

gunt, & rectâ progrediuntur: Ita hîc me  
hærere animadverto, cùm in uberrimâ  
hâc, copiosissimâq; materiâ, variæ mihi  
pateant viæ , ut, ubi incipiam, ubi desi-  
nam, qvid in primis dicam, aut taceam, in-  
venire haud facile possum. Nam si per-  
texere ordine & ire per singulas SUB-  
DITORUM Virtutes , ac recensere  
eorum Officia velim, pluribus mihi &  
spatiosissimis clepsydris opus foret. Us-  
qve adeò vastus dicendi mihi se pandit  
hîc campus, ut si vela danda essent oratio-  
ni, verba faciliùs , qvàm finem inveni-  
rem & exitum. Verùm, qvem admo-  
dum illi, qvi ex floribus hinc inde lectis,  
serta concinnant, non totum copiis suis  
spoliant campum; sed ex illo ea tantùm,  
qvæ sufficere contexendæ corollæ vi-  
dentur, reliqvis omissis , decerpunt, ut  
alii qvoq; materiam inveniant similis la-  
boris ; ita & ego in præsenti selecturus  
sum ea, qvæ commodissima mihi puta-  
bo, reliqva, infinita propè tractanda reli-  
eturus aliis. Qvi fulminatorem D E U M  
ex veteribus finxére Jovem, rem mihi vi-

B

den-

dentur minimè ludicram in scenam protulisse, sed publicas societas divini Regiminis voluisse esse imitatrixes. Qvàm tetra enim inter homines exsisteret *āraξia* & confusio, si cum promiscuâ multitudine imperandi vices communicaret MAGISTRATUS, hâc fabulâ prudens indicare voluit antiquitas, qvâ caudam Draconis narrant, gliscente dissensione, à capite postulâsse, ut seqvi non cogeretur semper, sed liberam qvoq; alternis obtineret prægressionem, fortitiamqvè præeundi munus, graviter, difficulter, & periculosè prodiisse, capite, qvod contra naturam cæcis aliâs surdisqvè obseqvi partibus cogebatur, non mediocrem inde sentiente afflictionem. MAGISTRATUS scilicet regimine, seu imperio civili, nihil in humanis utilius qvicqvàm & convenientius, nihil magis necessarium existit. Hoc enim medium est illud, quo secundum DEUM conservatur Respublica; hoc Reipublicæ fulcrum, fundatum, vinculum, adeoqve Spiritus

tusille vitalis , qvo amissō , corruunt o-  
mnia . Hoc defensantur probi , coērcentur  
improbi ; adeò , ut non immeritò cum  
virgâ comparetur Circaeâ , qvà captæ mi-  
tescere feræ hominesq; finge bantur . A-  
narchiâ contrâ quid cogitari monstro sius  
potest aut perniciosius ? Hæc effrenem &  
dissolutam vitæ morumqve licentiam ,  
pestilentem scelerum impunitatem , hor-  
rendam rerum omnium confusionem ,  
ac stupendam calamitatum molem in  
Rempublicam introducit . Nam , sub bla-  
to MAGISTRATU , Leges , qvæ  
Reipublicæ vita agnoscuntur meritissi-  
mò , mutæ silentac enerves jacent : qvan-  
doquidem MAGISTRATUS , sit  
Lex loqvens , & tanquam jus qvoddam  
animâ præditum & robore , qvod non  
tantùm imperat , sed curat etiam , ut man-  
data justam fortiantur exsecutionem . At  
verò , cùm à se ipso non existat MAGI-  
STRATUS , sed constitutus ab ipso  
met DEO , qui , sicut ipse est summus to-  
tius Mundi Dominus , à se ipso potesta-  
tem habens & auctoritatem imperandi

B ij

crea-

creaturis omnibus; ita & omni, qvi in ter-  
riseſt MAGISTRATUI, largitus pri-  
mò non modò dignitatem eſt, ſed & Do-  
minium, potestatem & imperandi au-  
toritatem ipsi contribuit; qvapropter e-  
tiam, (ut inde potiſsimū exordiar,) à  
nullo non SUBDITORUM reqviri-  
tur, ut & MAGISTRATUM ſuum a-  
gnoscat, tanqvām DEI in his terris Vi-  
carium. Non eſt potestas, niſi à DEO:  
DEI minister eſt, bonis in præmium, in  
pœnam malis. Vos SUBDITI ergò  
reddite honorem, cui debit is, gravifí-  
mum ipsiſus DEI verbum eſt. Vos Dii  
eſtis & Filii altissimi! eminentiſſimum ali-  
bi supremæ potestatis elogium eſt. Ni-  
mī-  
rūm talis origo Majestatis, qvalis flumi-  
num. Flumina ex mari omnia egrediun-  
tur; eadem in idem regrediuntur postli-  
miniō. Principes peræqvè dat Deus,  
Deus recipit ac aufert: per illum Reges  
regnant, ab illo conſtituuntur pariter ac  
transferuntur regna. Nec qvicqvam  
adulationis habet ingenua pariter ac  
animosa M. Terentii, Eqvitis Romani,

de Ti-

de Tiberianæ potestatis origine , oratio:  
Tibi summum rerum judicium dedere  
Dii: nobis obseqvii relicta gloria est. Sed  
utinam, utinam invenirentur hisce tem-  
poribus non nimis multi, qui Imperan-  
tium labefactare audent Majestatem.  
**Contemptus enim MAGISTRATUUM**  
ita hodiè multorum obsedit animos, utri-  
diculi sint, qui mirentur hodiernas Impe-  
riorum & Rerum publicarum turbas, in-  
terneciones exercituum & juventutis  
strages: nec simul infestos adversus Prin-  
cipes SUBDITORUM contemplentur  
animos. Nil prohibet, quò minùs divi-  
næ Majestatis violatores alloqvar hic, An-  
glosillos, nempe Regicidas. Vos estis,  
quos & impietatis, & perfidiæ, & parricidii,  
coram toto mundo peragam reos si-  
mul & condemnabo. Dicite, quem &  
unde habueritis? Dicite, quem & quare  
interemeritis? Patrem occidistis, Regem  
trucidastis, DEI è medio Vicarium sustu-  
listis. O furorem inauditum! ô nefas ulti-  
mum! ô inexcusabile flagitium! Hoc cine  
est Deum timere? Hoc cine est Regem

B iij

hono.

honorare? Respice saltim ipsa indolis so-  
lertia bruta, ut suos venerantur Re-  
ges. Leonem quadrupediam non laedunt,  
non laceant, non violent; Rex enim est,  
Caput est, Princeps est. Leones magna-  
nimitate, potentia & auctoritate Reges  
sunt, quorum etiam in insignibus simula-  
cra gerunt. Aquilam universa avium ca-  
terva quam colit submissè atque revere-  
tur. Prudentissimum apicularum genus  
quam comiter, quam circumspecte suum  
observantes signanum! Vos, brutis dete-  
riores ipsis, Regem vestrum, Regicidæ,  
Caput vestrum, Principem vestrum, Ca-  
rolum Monarcham, infandis modis,  
Throno, sceptro, vitâque deturbâstis.  
Naturæ est dictamen: Deum colas! Ha-  
bes in Rege expressum DEI characterem.  
Naturæ imperatum est: Parentes hono-  
rate! Pater est, Rex pius bonusque; & tan-  
tò venerandus magis, quanto pluribus  
praeest simul & prodest liberis subditisq;  
Est hæc, Auditores, non scripta, sed nata  
Lex; quam non didicimus, accepimus, le-  
gimus: verum ex naturâ arripiimus, hau-  
simus

simus , expressimus: ad quam non docti,  
sed facti, non instituti, sed imbuti sumus ,  
ut Regem, ut Patrem veneremur. Pro-  
deant universæ , qvotqvit vel sunt , vel  
vixerent gentes, deliberent, pronuncient !  
consensum in id jam pridem ab omni po-  
pulo fuit, colendum, timendum, & omni  
obseqviorum genere demerendum bo-  
num legitimumq; principem esse. Lo-  
qvantur Asiatici Africaniqve homines, ac  
ipso orbis Hemisphærio à nobis dirempti  
**extremè** barbari, Americani ! Vos, qvi-  
cunq; præter Anglos istos estis, Europæi  
universi , judicate, dicite, qvid hoc sit,  
Regem, Dominum, Patrem patriæ, cri-  
minibus convictis accusare, accusatum  
reum peragere, damnare ? Quid dicam ?  
securi percutere. Vos verò, qvicunqve  
boni deprædicari vultis SUBDI TI ,  
colite MAGISTRATUM vestrum. Co-  
lite eum honore, qvo potestis, maximo.  
Cogitate, qvod imperiū ab ipso DEO ipsi  
fit traditum. Credite qvòd universorum  
Dominus, Cœli ac Terræ Dominator,  
DEUS, eodem, tanquam vicario suo his in  
ter-

terris, utatur: vicario in honorū patrociniū: vicario in facinorosorum terriculamentū: vicario, ut sit prospector in rebus incertis, premonitor in dubiis, tutator in periculosis, opitulator egenis: vicario, ut fulciat nutantia, regat secunda & corrigat adverfa. Cavete, ne ore improbisimo maledicatis eidem, aut qvoqvo detrahatis modo; qvin efficite potius, ut si qvos fortè habeat, ceu homo, nævos, prudenti tegatis disimulatione. Qvod enim filiis à Sapiente dictum: in opere, sermone, & omni patientiâ honora patrem tuum, idem & vobis dictum esse existimate. Qvod servis imperatum ab Apostolo, ut ferant omnitemore Dominos, non tantum bonos & modestos, sed duros etiam ac difficiles, idem qvoq; & vobis præceptum esse statuite. Sed qvid in reverentiæ commendando moror adeò hic officio? usū potius illud, qvām verbis exhiberi constat; qvare ad alteram boni SUBDITI virtutem, qvam Obedientiam efse novimus, orationis meæ cursum dirigo. Semper ita fuit, semper est, semperq; erit, ut ha-

habeat Mundus, qvi imperet, & cui imperetur, qvi regat, & qvi regatur.. Neque hic immunem sese quisquam esse dixerit. Ut salva igitur membrorum omnium cum capite suo permaneat conexio, id populi videtur esse officium, debitam Principis sui mandatis obedientiam præstare. Meminerit ergo SUBDITUS os Imperantis diligenter observare, edicta ejus, mandata, imperata, pro viribus exequi, ejusdemque; mores ac ingenium, quatenus divinæ voluntati non repugnant, legem putare, non tantum, quia periculose sit & capitale, contra ejus mentem aut edicta facere; verum etiam, quia ipsa Dei lex, atque adeò conscientia nostra, ad obedientiam MAGISTRATUI præstandam obstrinquit nos. Examore Principis obsequium nascitur in SUBDITIS, & ex obedientia clientis SUBDITIque; amor surgit in Patrono. Faceant igitur, qui imperium, potestatis à DEO concessae & approbatæ, quasi ipsius DEI imperio, cui parere semper convenit, adversaretur,

C

im-

impugnant. Parùm enim illi perpendunt, qvòd Magistratui qvi resistit, omnis boni ordinis auctori, DEO, reluetur. Faceant, qvi imperium civile ideo excutiendum clamitant, qvòd melius sit, obdire DEO, qvàm hominibus. Qvod si enim mandatum Principum divino consonat, obedientiam ei denegare utique injustum est. Qvod si verò obtrudantur decreta, qvibus Majestatis divinae violatur gloria, non hominum auctoritati, sed DEI voluntati potius obtemperandum est. Faceant etiam hic insipidi censores, qvi naturæ paritatem urgent, cui vim fieri blaterant, si homini aliis imperet homo. Qvi enim in Rebus publicis constituendis, Legibus feren-  
dis, & salutaribus institutis sanciendis la-  
borârunt olim, in eo maximè studium &  
operam collocârunt suam, qvâ potissi-  
mum ratione æqvalitatem qvandam in-  
ter cives conservarent, ne alii aliis es-  
sent inferiores aut superiores, ne su-  
periores inferiorum adversus se concita-  
rent invidiam, indeqve seditiones inte-  
stinæ

stinæ turbæ, tumultus & civilia tandem  
bella enascerentur. Qvæ opinio adeò  
probabilis visa fuit iis, qvi in populari ali-  
qvandiu vixerunt statu, ut non dubitâ-  
rint, æqvalitatis ejus conservandæ studio,  
pesimam in civitates introducere con-  
suetudinem, virtutis nempè omnis & ho-  
nestatis hostem, Ostracismum, qvo eos,  
qvi vel virtutis splendore antecellerent  
aliis, vel opum & divitarum industriâ suâ  
acqvisitarum abundantia subvenirent  
indigis, multorumqve sibi favorem & be-  
nevolentiam hoc conciliarent benefi-  
cio, vel amicorum numero alios vince-  
rent, in exilium è civitate pellerent, non  
sceleris qvidem, aut facinoris alicujus  
perpetrati, reos, sed qvòd virtute, digni-  
tate, opibus & amicitiâ pollerent. Hoc  
verò qvidaliud est, qvàm virtutem rele-  
gare? proscribere honestatem? fortitudi-  
nem, justitiam, prudentiam, excludere,  
pellere, contemnere? Et ne hâc in re er-  
rare videantur, ab ipsius naturæ incuna-  
bulis æqvalitatem hanc arcessere non  
dubitant. Afferunt enim qvòd Natura

C ij

com-

communis omnium mater sit, & ob id  
nos omnes, tanquam liberos suos, amore  
suo parirer complectatur, quod nemini  
sit noverca, omnibus aequè sua largiatur  
dona, neminem abjiciat, prætereat nemi-  
nem, spernat neminem. Eiusque do-  
cumentum certissimum, ipsorum qui-  
dem opinione, adducunt, quod, cum A-  
dam agrum coleret, & Eva tractaret co-  
lum, tum nobilis nullus, primas nullus,  
superior nullus fuerit, sed paritatem o-  
mnes observarint. Quæ, cum ita dicun-  
tur, aliquam quidem veri mentiuntur  
speciem, sed, si paullò examinentur accu-  
ratiùs, quam longè à vero recedant, fa-  
cile, ut arbitror, judicabunt sapientiores.  
Quod si enim eorum, quæ in universo  
hoccernuntur rerum ambitu, subducere  
rationes velimus, luce profecto meridia-  
nâ clarius apparebit omnibus, nihil in na-  
turâ magis esse usitatum, quam ut, certo  
quodam adhibito ordine, alia præferat  
aliis, & quæcunque, in certo quodam  
genere disposita, ad unum quasi reducat  
principium. Cœlestia si contemple-  
mur,

mur, omnium Astrorum quasi Regem  
& Principem, Solem, intuemur, qui lucis  
splendore, caloris fervore, pulchritudi-  
nis decoro, ita reliqvas antecedit stellas, ut,  
eo præsente, ne quidem, Lunâ exceptâ,  
sub visum veniant. Et quod in sideribus  
Astronomi, id in Metallis animadverte-  
runt Chymici. Aurum enim, pretio, pon-  
dere & claritate reliquis omnibus ita an-  
teit, ut non prudentum tantum judicio  
reportet palmam, sed puerorum etiam  
oculos, occultâ quasi vi, ad se rapiat. Et  
quid multis hic tandem opus est verbis?  
Vel ipsæ apes, quæ ut labore, industriâ &  
diligentiâ alia penè animantia superant  
omnia, certissimum ordinis documen-  
tum in eo nobis exhibent, quod Regem  
habeant, quem tantâ observant reveren-  
tiâ, ut nullæ è domibus exire audeant,  
non in aliquos prodire pastus, nisi Rex  
fuerit egressus, & volatus sibi vendicave-  
rit principatum. Valeant igitur, qui  
clamat, à naturæ institutis abhorrere, a-  
liqua ut sit eminentia & æqualitas: abeant  
& discant, nihil in rerum naturâ esse,

C iii

quod

qvod tām studiosē inculcaverit natura,  
atqve hoc unum, ut ne essent æqvalia o-  
mnia, sed suis qvæqve distincta gradibus  
svavisimam harmoniam efficiant &  
concentum. Sciant, ab ipsiis met homini-  
bus ita statutum esse & transactum, ut  
sint qvi pareant, & qvi imperent. Iſti ve-  
rò omnes, qvi aliorum potestati se subje-  
cerunt, nutum qvoq; illorum seqvi de-  
bent. Scitè admodum & sapienter hanc  
in rem Lacedæmoniorum Rex, Theo-  
pompus, dicenti cuidam, Spartam idcir-  
cò servari diu, qvòd Reges benè imperare  
didicissent, respondit: qvin potiùs, qvia  
cives ultrò Regis audientes essent dicto.  
Induite igitur, induite, qvotqvot in pa-  
rendi necessitatem estis dati, imperium  
animis, qvām libentissimè, seqvimi  
juſsa magistratus vestri, tradite vōs ve-  
straq; omnia ejus potestati. Nam qvi  
morigeri seqvuntur dicta, MAGI-  
STRATUUM benevolentiâ, tan-  
qvām vallo cincti, & suppliciorum poe-  
narumqve metu vacant & bonis, divini-  
tūs sibi concessis, tuto securèqve fruun-  
tur.

tur. Neque vero haec eadem dicuntur,  
quod, quaecunq; praeceperit M A G I.  
STRATUS, justa sint illa, an injusta,  
simpliciter facienda existimem; (hic e-  
nim illud valet, magis obediendum Deo,  
quam hominibus,) sed illud affero, Su-  
BITUM exploratas habere semper debe-  
re omnes obsequendi justas occasiones,  
prudenterq; temporum discernere op-  
portunitates, ne importune resistendo  
**MAGISTRATU**S editis, exitium si-  
bi accerfat, & Reipublicæ demum sta-  
tum malitiosè labefactet. Omnibus e-  
nim rebus, actionibus omnibus, & consi-  
liis omnibus suum praestitutum tempus  
opportunum idoneumque est, quod, qui  
sapit, imprimis observat; qui verò negli-  
git, ad infinitas molestias ac miseras, qui-  
bus humanum genus alioquin obno-  
xiuum videtur, multa sibi incommoda ac-  
cerfit, malaque multa, cum reliquis in re-  
bus omnibus, tum in iis potissimum, quae  
ad **MAGISTRATU**UM pertinent  
Obedientiam, in quam qui deliquerit,  
tametsi ετα' αντας Φόρω, ταρ' αυτο το' ωραγμα non  
punia-

puniatur, sed in longum penè tempus  
poena differatur, nihilo tamen minus  
eam subeundam semel sibi intelligit, aut  
Principe injuriam hâc in vitâ ulciscente,  
aut DEO imposterùm scelus punituro.  
Neqve eò etiam hæc spectant, ut Princi-  
pes ac MAGISTRA TUS adversus  
SUBDITOS Tyrannide armemus,  
qvâs summa ipsis & absoluta qvidvis in  
qvosvis statuendi competat potestas,  
qvin immò cùm homines sint & ipsi, fini-  
tam & circumscriptam esse suam agno-  
scant, oportet. Qvare ita se gerat erga  
SUBDITOS suos MAGISTRA-  
TUS, ut qvi se qvcqvenôrit Regum  
Regiesse subjectum, à cuius vindice ma-  
nu non eripiet eum humana potentia,  
si impietate, injustitiâ, crudelitate suum  
contaminârit solium. Cæterùm verò,  
qvemadmodùm munus periti Eqvitis  
est, Eqvum recalcitrantem reddere man-  
suetum, ut ille nec frena respuat, nec du-  
riorem obvertat cervicem; sic Principis  
qvoqve erit, benignitate, æqvalitate &  
gratiâ ita sibi devincire SUBDITOS, ut  
suâ

suâ parere sponte & certatim conten-  
dant, nec obluctante animo, sed prom-  
pto studio mandata conficiant & obse-  
qvio. Qvis enim felix ac diuturnum pol-  
liceri illi ausit imperium, qvi civium suo-  
rum animis non tam amorem ex bonita-  
te, qvam ex crudelitate metum instillare  
cogatur? Neq; enim qvos servire cogit  
necessitas, sed qvos ad morem incitat vo-  
luntas, ii demum utiles Reipublicæ exi-  
stere consyeverunt cives. Spectat huc  
prudentissimum illud, qvod Plutarchus  
refert, Aratiad Philippum, Macedonem,  
alloquium dicentis: Multi, ô Rex, in  
Cretâ magniq; è terrâ enati sunt montes,  
multi in Boeotia & Phocide, tūm in A-  
carnaniâ qvoq; ve & mediterranei & ma-  
ritimi mirificè muniti sunt loci, qvorum  
Tu, cùm nullum occupares, omnes ta-  
men incolæ ultrò faciunt imperata;  
qvippe Saxis & præcipitiis inhærent la-  
trones, Rex fidelitate suorum & favore  
fortius tutiusq; nihil habet. Verume-  
nimverò cum & Imperantium hæc plerū-  
que sit indoles, ut, etiam si miti placidoq;

D

sint

sint ingenio, lenitatis tamen nomine con-  
temptum populis si incurrere se senserint,  
excandescant vehementer, & imperium  
exasperent: SUBDITIS danda id dili-  
genter est opera, ne facilitate MAGI-  
STRATUS abutantur, ejusq; humani-  
tatem in saevitiam, benignitatem in parsi-  
moniam convertant. Qvocircà si tran-  
qillo Reipublicæ statu perfrui cupiunt  
cives, expedit omnino, ut non tam in vi-  
tam moresq; MAGISTRATUS sui in-  
spiciant, aureosve hinc inde sibi pollice-  
antur montes, qvam vitæ suæ propriæ  
rationem ineant, & quid virtutis aſſeqvi  
suæ adminiculo possint, diligenter pro-  
videant. Obedientia, inquam, requiri-  
tur à SUBDITIS, ut scilicet prom-  
ptâ voluntate MAGISTRATUI,  
tanquam Vicario D E I se subjiciant,  
opera militiae, togatae & sagatae, qvæ  
ad publicæ tranquillitatis defensionem  
fusciuntur, alacriter conferant, &  
tributa ad conservationem Regimi-  
nis, judiciorum & pacis publicæ citra-  
tergi.

tergiversationem dependant. Hæc qvi  
prætermittunt malitiosè, criminis non  
subterfugiunt notam. Turpiter enim  
rerum pervertunt ordinem, prægnan-  
temqve sævitiae MAGISTRATUM  
substernunt cauſsam. Multum siqvidem  
Majestati imperantis detrahunt, cùm,  
qvi parere debent, refractarios se præ-  
bent, & fastidiosè detrectant imperata.  
Qvod si tulerint impunè, pessimum in  
Remp. exemplum datur, qvoreliqva sic  
fascinari multitudo poterit, ut, excusso  
tandem imperio, ipsa tandem, qvidagen-  
dum sit, regulâ qvasi censoriâ præfinire  
ausit. Quid? qvòd Majestate exutus folio.  
qve planè dejectus MAGISTRATUS  
ille videatur, cui subtrahitur obsequium.  
Sed qvoniam sincera non est Obedien-  
tia, nisi amor subsit cum fidelitate con-  
junctus, boni qvoqve SUBDITI fuerit,  
MAGISTRATUM suum modis omni-  
bus, qvibuscunqve poterit, tueri atqve  
defendere. Requirere enim hoc ab eo  
videtur juramentum illud semel ipsi da-  
tum, qvod sanctum debet esse & invio-

D ij

labile,

labile. Qvod enim improbitatis genus  
tetrius excogitari potest, qvàm perjuri-  
um & veri ludificatio? siqvidem qui veri  
contemptor est, fidemqve violat teme-  
rè, impius non modò in DEUM, sed  
totius etiam humani juris & generis ever-  
for aestimari debet. Unde & Philoso-  
phus censuit, perjurium & divinam ultio-  
nem & humanam incurrere infamiam.  
Qvisqvis ergò boni SUBDITI mereri  
nomen discupis, fac, ut fidem MAGI-  
STRATUI tuo datam serves sanctissi-  
mè. Fac, ut pro ipso vigiles, & sicubi o-  
pus, armis viribusqve pugnes. MAGI-  
STRATUS enim Caput Regionis est.  
Ut autem ex capite motus & sensus per  
organa convenientia in membra corpo-  
ris influunt; ita à MAGISTRATU ad  
SUBDITO Svaria promanant benefi-  
cia. Cadente enim Capite, omnia si-  
mul membra cadunt: de SUBDITIS  
etiam actum est, qvàm primum de MA-  
GISTRATU. Existimo enim non  
mediocriter ex usu Reipublicæ esse, si  
vectigalium habeatur ratio. Laudo Ci-

ivp*ii*

*iii* *ii*

cero-

ceroneum, qvi censuit: Imperium sine ve-  
ctigalibus retineri nullo modo posse. Ne-  
que enim qvies gentium sine armis, nec  
arma sine stipendiis, nec stipendia sine  
tributis haberi qveunt. Qvota enim  
qvæque Civitas aut Respublica eodem  
semper statu permanet? Hannibalem au-  
di: Nulla magna Civitas qviescere diu  
potest: si foris hostem non habet, domi  
inveniet; ut prævalida corpora ab exter-  
nis causis tuta videntur, sed suis ipsa viri-  
bus onerantur. Et ut in corpore qvotidie  
aggregatur aliquid, qvod qvandoq;  
indiget curatione; ita qvoq; Respubli-  
cavel Civitas, gliscentibus vitiis, sic ali-  
qvandò corrumpitur, ut remedio exter-  
no, vel interno curari debeat. Externo  
dico, cùm DEO sic permittente, bellum  
infertur per raptores alienæ libertatis lu-  
pos. Interno, cùm labantem Rem publi-  
cam potentiam ac prudentiam suam firmat ac  
sustentat MAGISTRATUS. Qui quidem qvò  
ejusmodi tela mutationum, latere (ut a-  
junt) tecto, excipere possit, curam neces-  
se est habeat aerarii, hocest, tributorum,

2012

D iij

in qvi-

in qvibus versari Reipublicæ nervos, nemini habetur dubium. Fac etiam, ô Bone, ut MAGISTRATUM tuum ab insidiis defendas, de qve illis eum moneas, velut Husa ille, cuius sacer meminit Codex, fecerat, qvi Consilium Achitophe lis, & qvid Absolon in animo adversus Patrem, Davidem, habuit, fideliter aperuit. Abscindantur verò omnes, qvotq; proditionem & seditionem moluntur aduersus Principem suum. Proditione enim gravissimum in Republicâ malum est, qvod tantum affert incommodi, qvântum bona fides commodi. Intra mœnia enim atq; in ipso urbis sinu hostes efficit, breviq; id evertit omne, qvod plurimi retrò annis innumeri multorum ducum pepererunt labores. Et certè, qvi fallendi arte sunt instructi, qvò commodius occultare fraudem possint, in parvis præstruunt sibi viam, ut, dum operæ est pretium, cum mercede fallant eò majori. Unde verisimè dicitur, qvòd non sit pestis efficacior, qvâm familiaris inimicus. Estenim sicut ignis in gremio,

mus

mus in perâ, serpens in sinu. Memora-  
tu dignissima Ruffini historia videtur. E-  
rat is Elusæ in Aqvitaniâ humili loco na-  
tus; at Constantinopoli in aulâ Versatus,  
fese in Theodosii Imperatoris gratiam in-  
sinuavit. Hinc ad maximos evectus  
Magistratûs, in multos cùm sæviebat  
ipse, tûm Imperatorem qvoqve sævire  
laboravit. Sed tandem factus est Impe-  
rii, ad qvod aspirabat, Proditor, accitis  
Hunnis, Imperii Hostibus. Verùm, qvùm  
jam splendidissimo apparatu acclaman-  
dus esset Imperator, mille gladiis appeti-  
tus perimitur, in frusta secatur, & inter-  
milites dividitur. Ulsqve adeò pericu-  
losa res Proditio est. Abscindantur, qvot-  
qvot conjurations & tumultus contra  
**MAGISTRATUM** suum excitare non  
verentur.. Motibus enim hujusmodi ni-  
hil gravius esse potest, qvandoqvidem,  
ubi à **MAGISTRATIBUS** suis dissiden-  
t cives, aut in hos ipsos conspirant,  
corpus à capite dissectum perditionem  
ejus, per qvod spirat, meditatur.. Per-  
curre mihi **Cæsarum** vitas, haud temere  
qvem.

qvemqvam invenies, ejusmodi conjurationum fuisse expertem. Testis mihi J. Cæsar, testis Cladius, testis Domitianus, testis Caligula & Vitellius, & quid Augustum prætereo, optimum alioquin & modestissimum Principem? qvem ne ultimæ quidem fortis hominum conſpiratione caruisse, Tranquillus auctor est. O felicem igitur illum, ò ter & quater beatum MAGISTRATUM, qui gloriari de SUBDITIS suis potest, qvòd ita ab iisdem ametur, ut, si vel in venatione, vel alias aberraret, & solus in deviis locis relinqve- retur, nullas prorsus metuere habeat insidias, sed absque sollicitudine somnum capere posse in cujusvis SUBDITORUM finu. Restat, Auditores, ut de Votis etiam, qvae MAGISTRATIBUS debent SUBDITI, sub finem aliquid adjiciam. Nec enim sufficit, ut MAGISTRATUM suum SUBDITI honorent, ut debita Obedientiæ præstent obsequia, ut fidem jura- mento confirmatam sanctissimè servent; sed reqviritur etiam, ut Vota pro MAGI- STRATU suo concipient devota. Ita  
enim

MISIP



enim eos Doctor ille gentium eloquen-  
tissimus, Paullus, voluit admonitos, ut o-  
rationes & obsecrations pro Regibus &  
omnibus, qui in sublimitate constituti  
sunt, intermittere non desinant. Orem-  
us igitur, oremus, quotquot piorum  
**SUBDITORUM** mereri nomina cupi-  
mus, ut omnipotens mundi Monarcha,  
**DEUS, MAGISTRATUM** summum  
Spiritu Sapientiae, Spiritu Fortitudinis,  
Spiritu Justitiae instruere clementissime  
dignetur? Oremus, ne obsequia nostra  
nobis sunt molesta. Oremus pro Eo ad  
Dominum, ut in pace illius pax etiam no-  
stra floreat. Faciamus id pro SERENIS,  
SIMO PRINCIPE nostro nos pariter.  
Effundat in TE, ELECTOR SA-  
XONIAE, Gratiae fons inexhaustus  
largissimos semper gratiarum imbres!  
Mittat TIBI, DOMINE CLE-  
MENTISSIME, DOMINUS  
auxilium de Sancto, & de Sione tueatur  
TE! Tribuat TIBI secundum Cor-  
dis TUI placita, & omne **TU-**  
**E** **UM**

UM confirmet consilium! Impleat  
DOMINUS omnes petitiones  
TUAS & exhilaret TE lætitia vultus  
sui! Sospitet, vegetet, servet, omniqve  
gratiâ, benedictione ac felicitate qvâm  
copiosissimè TE cumulet, coronetqve!  
Immota stet DOMUS TUA, & per-  
stet in columnis! RUTA SAXONI-  
CA continuò floreat, vireat, vigeat,  
augefcatqve indesinenter, ut sub ejus  
umbra securè ac tranquillè vivant habi-  
bentqve populi multi, ut sit maneatqve  
universæ CHRISTI Ecclesiæ refugium  
semper exoptatisimum, tutissimum!  
Floreat Pax alma sine ullo securitatis  
dispendio. Consolidetur amor MAGI-  
STRATUS & SUBDITORUM  
mutuus! Largiatur TIBI PRINCEPS  
POTENTISSIME, DEUS bene-  
volentiam & obsequium omnis populi!  
Largiatur TIBI pacem & felicitatem!  
Largiatur TIBI potentiam & victo-  
riam! Sera sit & nepotibus demùm no-  
stris nota dies illa, qvæ tam ILLU-  
STRE

S T R E D E P O S I T U M cœlesti  
Patriæ & natali domicilio tandem re-  
donabit! Ita voveo! ita precor! Sed quid  
addam plura, Auditores? Intelligitis i.  
psimet, vel me etiam tacente, quid S U B-  
D I T I suo debeant M A G I S T R A-  
T U I. Qvam obrem diffidere ne velle  
ingeniis videar, si de rebus nemini non  
obviis differere diutiùs instituero, vela  
contraho, inqvevadum me confero.  
Metam si tetigi, in portu mihi gratula-  
bor, sin aberravi, meæ ut in dicendo con-  
donetis infantiae, deprecabor.. Sed ca-  
put delineant, qui staturam nequeunt.  
Dicunt aliquva, qvorum non est omnia.  
Faventes verò prudenter reputabunt se.  
cum, Crotoniatem quoque illum  
Milonem, ante, bovem quam fer-  
ret, ferre vitulum didicisse. Cæte-  
rūm malignitati proximum fuerit, ab  
hac ætate meâ poscere exactè pulchra  
omnia, cui talia tentasse, aut voluisse sal-  
tim, sufficere ad laudem etiam potue-  
rint. Vestrum igitur est, Auditores, Ve-  
strâ

3972

E ij

strâ

strâ pro æqvitate facile excipere pervul-  
gatum istud , & nullis non Lycéis tritum,  
in scenis notum , vel Comicorum  
Plaudite, vel Orato-  
rum

D I X I.



TF 1042

40

ULB Halle  
004 765 249




3

bon

n.6





Orat. 104. misc. T, 5 Fol.

M. 1, 94.

